

## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente  
XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

XLIII. Abrogatio Discretorum in Provinciis Hispaniæ, Sardiniæ, & Majoricæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

ANNO  
1694.  
Dat. 3. April.  
1694. An. 3.

# INNOCENTIUS DUODECIMUS.

215  
ANNO  
1694.

## INNOCENTIUS PAPA XII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Id determinatum fuerat  
a Capitulo  
Gener. 1676.  
& confirmatum a d. Con-  
gregatione.

**N**uper pro parte dilectorum filiorum Euphemiani Volpini a Placentia, & Petri Hieronymi Coquicomi a Mediolano Monachorum expresse professorum Congregationis Eremitarum Sancti Hieronymi Lombardiae, & Lectorum, Congregationi Venerabilium fratrum Notorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita exposito, quod alias nempe anno 1676. in Capitulo Generali dictae Congregationis Monachorum speciale quoddam Decretum ad favorem Monachorum Lectorum editum fuerat pro eis, qui in Civitatibus duodecim annorum spatio legissent, & ad id studium adjuncto Sacra Scriptura studio, duodecim publicas Cathedras Magistrales sustinuerint, concedebatur, ut Piores titulares existerent eodem modo, quo alias a fel. record. Clemente Papa X. Prædecessore Nostro Monachis Congregationis prædicta, qui Prioris Generalis ipsius Congregationis Officium laudabiliter exercuerint, indulximus, ut absolute Officio hujusmodi Piores pariter Titulares existerent, & declarati intelligerentur; verum tametsi subinde, videlicet die 16. Decembris 1678. Decretum hujusmodi a memorata Congregatione Cardinalium confirmatum, ejusque observantia Superioribus pro tempore existentibus supradictæ Congregationis strictissime injunctione fuissent, prout in Decreto ab eadem Congregatione Cardinalium desuper emanato uberiorius dicebatur contineri; nihilominus postmodum, nempe in alio Capitulo Generali ejusdem Congregationis anno 1682. celebrato Decretum Capitulare præfatum a Diffinitoribus ipsius Capituli, nesciebatur qua ratione revocatum fuerat; at cum subinde eidem Congregatione Cardinalium pro simili Decreti hujusmodi revocatione obtinenda supplicatum fuisse, ipsa Congregatione Cardinalium rei gravitate perpensa, nihil desuper absolute decreverat; sed rem ipsam per suum Decretum, similiter remiserat tunc in humanis agenti Paulo ejusdem S. R. E. dum vixit, Cardinali Sabello nuncupato præfata Congregationis Monachorum apud Sedem Apostolicam Protectori, qui subinde per quadam suam die 5. Augusti 1682. scriptam Epistolam tunc existenti Abbatii Generali dictæ Congregationis Monachorum se quidem præfata Congregationi Cardinalium pro abolitione supradicti Decreti Capitularis retulisse; sed nihil ab ea desuper refutum fuisse; ac proinde nec a se, nec ab ipsa Congregatione Cardinalium Decretum ullum memorati Decreti Capitularis abrogatorium editum fuisse significaverat. Ideoque pro parte eorumdem Euphemiani, & Petri Hieronymi assertum se qualitatibus vigore dicti Decreti Capitularis requisitis prædictos esse, & inde ipsam eorum Congregationem desiderare, ut ipsi tanquam de ea benemeriti Prioratus Titulo decorarentur, eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut antequam Dieta pro eorum promotione convocaretur, primordium Decretum supradicti Decreti Capitularis confirmatorum a præfata Cardinalium Congregatione, sicut præmittitur, emanatum, ad eorum favorem approbare, & confirmare dignaretur; emanavit ab ipsa Congregatione Cardinalium Decretum tenoris sequentis videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimum, & Reverendissimum Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, auditio Patre Priore Generali prædicti Ordinis, & attentis narratis, censuit, ac decrevit, servandum esse Decretum primum Capituli Generalis, ab eadem Sacra Congregatione die 16. Decembris anni 1678. confirmatum, prout

præsentis Decreti vigore servari mandavit, quibuscumque in contrarium non obstantibus. Roma 18. Decembris 1693.

**S. 1.** Cum autem sicut memorati Euphemianus, & Petrus Hieronymus Nobis subinde exposuerunt, ipsi Decretum hujusmodi quo firmius substat, & servetur exactius Apostolicæ confirmationis Nostra patrocinio communiri summopere desiderent; Nos ipsos Euphemianum, & Petrum Hieronymum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensions, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentum confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus: salva tamen semper in præmissis auctoritate memorata Congregationis Cardinalium.

**S. 2.** Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & forte, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtainere, ac dictis Euphemiano, & Petro Hieronymo, aliisque, ad quos spectat, & pro tempore spectabili in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicutque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cavarum Palatii Apolitici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit, attentari.

**S. 3.** Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apóstolicis, ac quatenus opus sit dictæ Congregationis Monachorum, etiam jurementum, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apóstolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenuores præsentibus pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die III. Aprilis MDCXCIV. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Præcessit  
Lectorum.

Confirmatio  
relati De-  
creti.

Clausulæ.

XLIII.

Dat. 5. April.  
1694. An. 3.

In prima  
Constitutio-  
ne abrogati  
fueru discri-  
tri utriusque Ca-  
ffelliæ.

Decretum  
Congrega-  
tionis.

## INNOCENTIUS PAPA XII.

*Ad futuram rei memoriam.*

**A**rias pro parte Charissimi in Christo Filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Nobis exposito, quod tam prædictorum, & Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quam aliorum diversorum Ordinum Fratres in Regnis utriusque Castellæ existentes sua Capitula Provincialia cum interventu Supériorum Localium Conventuum Ordinum hujusmodi

modi absque Discretis, seu Sociis, qui olim ab ipsis Conventibus, ad effectum sua suffragia rendi in eisdem Capitulis eligi consueverant, tunc celebrari solebant; id siquidem præterquam quod Decretis Concilii Tridentini *Sez. 25. Cap. 6.* ibi - Nec in posterum licet Provinciales, aut Abbates Prioras, aut alios quoque Titulares ad effectum electionis facienda constitutre &c. magis conforme videbatur; necessarium quoque compertum fuerat tum ad tollenda damna, & incommoda, quæ ex eorumdem discretorum seu Sociorum electione in Religiosas, & concordias, qua in Ordinibus prædictis semper florere debet, præjudicium proveniebat, tum ad impediendas relaxations, quæ dependentia, quam tunc Superioras a suis Subditis habebant, producebat; ipsi enim Superiori, ut dictos suos Subditos pro iis in Discretos, seu Socios hujusmodi eligendis, quos ad effectum se perpetuo suarum Provinciarum gubernio confovendi eligi necesse erat, benevolos haberent, regularis disciplinae conservationi, prout eorum Officij erat, incumbere negligebant. Quocirca quoties dictorum Regnorum Religiosi regularis disciplinae hujusmodi tuenda zelo duci, ad ipsius Caroli Regis patrocinium pro eorumdem Discretorum, seu Sociorum arrogatione ab hac Sancta Sede imperanda fugerant, illud semper eis adfuerat, donec hujusmodi gratiam consecuti fuissent. Et in eadem Expositione sub juncto, quod dictus Carolus Rex certior factus fuerat Fratres Ordinis Minorum ejusdem S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum in Regnis prædictis existentes non modo eadem incommoda, & damna, quæ olim religiosi aliorum Ordinum prælatorum ex electione Discretorum, seu Sociorum hujusmodi experti fuerant, pati, sed & alia multa concurre, propter quæ Fratres prædicti usum eligendi Discretos, aut Socios prædictos in Provinciis dictorum Regnorum abrogari plurimum desiderabant, adeoque ipsius Caroli Regis zelum solicitabant, ut Apostolicae defuper auctoritatis nostræ partes interponi similiter curaret. Nos supplicationibus ejusdem Caroli Regis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Discretos prædictos in Provinciis utriusque Castellæ Fratrum dicti Ordinis Capuccinorum, sub certis modo, & forma tunc expressis auctoritate Apostolica sustulimus, & removimus, & alias prout in Nostris in simili forma Brevis die 29. Martii 1693, defuper expeditis Literis plenis continetur; subinde vero pro parte ejusdem Caroli Regis Nobis iterum exposito, quod in prefatis Nostris Literis trium Provinciarum Regnorum utriusque Castellæ d. Ordinis Capuccinorum, nempe Castellæ Veteris, & novæ nuncupatae, necnon Bæticae, & Navarræ Provinciarum distincta, & expressa mentione facta non fuerat, quinimo nec in eisdem Literis provisum fuerat, quod loco supradictorum Discretorum Conventionalium, sicut præmittitur, sublatorum, & remotorum pro tempore existentes eamdem Provinciarum Diffinitores, & Custodes, necnon is saltæ, qui novissime in illis Provincialatus Officio respective functus fuerat, in eam Diffinitoris, & Capitulis Provincialibus Votum, seu suffragium respective habere deberent, quemadmodum ipse Carolus Rex pro peculiari suo in Ordinum prædictum devotionis affectu, commune ipsarum Provinciarum bonum promovendi studio ductus Nobis supplicari fecerat; ac proinde opportune in præmissis a Nobis provideri; necnon præterea quod in Provinciis prædictis Capitula Provincialia de sesquianno in sesquiannum celebrari deberent, quemadmodum fel. rec. Clemens Papa X. prædecessor Noster pro omnibus ejusdem Ordinis Provinciis per quasdam suas itidem in for-

ma Brevis anno 1676. defuper expeditas Literas præscriptissime dicebatur, decerni, & ordinari plurimum desiderabat. Nos porrectis Nobis hac in re pro ejusdem Caroli Regis parte precibus benigne annuentes eadem auctoritate declaravimus remotionem, & abolitionem Discretorum Conventionalium in Provinciis utriusque Castellæ Fratrum dicti Ordinis Capuccinorum factas, ut præfetur, expeditasque defuper Literas Nostras predictas intelligendas esse non solum respectu Provinciæ utriusque Castellæ veteris, scilicet, & novæ, verum etiam respectu Provinciarum Bætica vulgo *Andalusiæ*, necnon Navarræ, & quatenus opus esset, remotionem, abolitionem, ac nostras Literas hujusmodi ad supradictas Provincias Bæticam, & Navarram dicta auctoritate extendimus, & ampliamus. Præterea eadem auctoritate decrevimus, quod vice, & loco prædictorum Discretorum in tribus Provinciis hujusmodi, sicut præmittitur, sublatorum, & abolitorum Diffinitores, atque Custodes, & immediatus Exprovincialis eamdem Provinciarum in ipsarum respective Diffinitoriis, & Capitulis Votum habent, dictarumque Provinciarum Capitula de sesquianno in sesquiannum deinceps celebrari deberent, & alias prout in aliis nostris in eadem forma Brevis die 12. Septembri proxime præteriti defuper emanatis Literis, quarum, & predictarum nostrarum Literarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, uberior continetur.

§. 1. Cum autem sicut dictus Carolus Rex Nobis nuper denuo exponi fecit, ipse binas Literas nostras predictas ad Provincias Aragoniæ, Valentia, Cathalonia, Sardinia, & Majorica dicti Ordinis Fratrum Capuccinorum per Nos extendi plurimum desideret. Nos piis ejusdem Caroli Regis Votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, supplicationibus ejusdem Caroli Regis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati de Congregationis nonnullorum ex Venerabilibus Fr. nostris S. R. E. Cardinalibus a Nobis particulariter deputata consilio, binas nostras Literas supradictas, omniaque in illis disposita quoad Provincias Fratrum Capuccinorum utriusque Castellæ Veteris scilicet, & novæ, nec non Bæticam, & Navarræ, ad Provincias eamdem Fratrum Capuccinorum Aragoniæ, Valentia, Cathalonia, Sardinia, & Majorica auctoritate Apostolica tenore præsentium extendimus pariter, & ampliamus.

§. 2. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtainere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sique in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam caifarum Cameræ Apostolicæ Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si fecis super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciarum, & Ordinis hujusmodi, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in prefatis nostris Literis concessimus non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subdecessor Noster pro omnibus ejusdem Ordinis Provinciis per quasdam suas itidem in forte constituta munitis, eadem prorsus fides

Præces Regis  
Catholici.

Extensio prædicar. Constitutionum,

Clausulæ.

In altera  
Constitutio-  
ne declarata,  
& extensa  
fuit prima ad  
Provincias  
Bætica, &  
Navarræ.

ANNO  
1694.

INNOCENTIUS DUODECIMUS.

217

ANNO  
1694.

tam in Judicio, quam extra illud habeatur, qua  
ipsoſ presentibus haberetur si forent exhibita; vel  
oſtenſa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
Annulo Pifator. die V. Aprilis MDCXCIV. Pon-  
tificatus Nostri Anno Tertio.

XLIV.

Conceditur Alumnis Provinciæ novi Regni Gra-  
naten. Ord. Erem. S. Augustini in Indiis Oc-  
cidental. facultas ſuscipiendi gradus Scholasti-  
cos in eorum Collegio S. Nicolai Civitatis  
S. Fidei.

Urbani VIII. Conf. ed. 1625. Apr. 24. P. 2. agitur  
de promovendis in gradibus in Hispania, & Indiis.  
Et Clem. XI. Conf. ed. 1701. Jun. 4. P. 1. con-  
ceditur alumnis Civitatis Laguna facultas ſuci-  
piendi gradus in eorum Collegio.

Dat. 24. Apr.  
1694. An. 3.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

**E**X injuncto Nobis divinitus pastoralis solici-  
tudinis munere Sacram, bonarumque li-  
terarum studia inter Christifideles Altissimi ob-  
sequis sub suavi Religionis jugo mancipatos ubi-  
que locorum, ac præsertim in remotissimis ab  
hac Sancta Sede partibus opportunis rationibus  
foveremus, & promovemus, ac ut debitus vir-  
tuti honor repandatur libenter providemus, sicut  
ad omnipotens Dei gloriam, Religionis de-  
cūs, & incrementum, ac Catholica fidei præ-  
fidium, & prorogationem salubriter expedire in  
Domino arbitramur.

Causa Con-  
cessionis.

§. 1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit di-  
leetus filius Josephus Bernaldo de Quiros de Li-  
ma Diffinitor, ac Procurator Generalis Provin-  
ciarum Quiten., & novi Regni Granaten. in In-  
diis Occidentalibus Ordinis Fratrum Eremita-  
rum Sancti Augustini, quod cum alias dicta Pro-  
vincia novi Regni Granaten. ab initio ſue funda-  
tionis Peruanae ejusdem Ordinis, & dictæ Qui-  
ten. Provinciis unita eſſet, privilegio, quod ejus  
Alumni in Quiteni ſub Sancti Fulgentii per quaf-  
dam fe. re. Sixti PP. V. Prædecessoris nostri ac  
Limana ſub Sancti Ildephonſi reſpective denomi-  
nationibus per alias re. me. Pauli PP. V. Præ-  
decessoris pariter nostri in ſimili forma Brevis lite-  
ras reſpective erexit Studiorum Generalium Uni-  
versitatibus ad Magisterii, ſeu Doctoratus, alioſ-  
que Scholasticos gradus, promoveri poſſent,  
trivebatur: Verum quia illa poſtmodum a dictis  
aliis duabus Provinciis subdiviſa fuſt, privilegio  
hujusmodi deſtituta remanit, ac exinde illius  
Alumni præfati pro gradibus hujusmodi confe-  
quendis, vel extraneos adire, vel ad Provincias  
leptingtonitorum circiter miliarium intervallo diſ-  
tantes iter cum nimio ſumptu, & incommode  
ſuſcipere coguntur.

Preces Proc.  
Gen.

§. 2. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſu-  
jungebat, dicta Provincia novi Regni Granaten.  
doctrina, & regulari obſervantia adeo flo-  
refcat, ut in his ipſi Provinciæ Quiteni antecel-  
lat, ac proinde dictus Josephus plurimum cupiat  
a nobis indulger, ut in Collegio ſub titulo San-  
cti Nicolai Epifcopi intra, vel extra ſepa Con-  
ventus noſtræ Divæ de Gratiā nuncupata Civitatis  
S. Fidei eorumdem Ordinis, & Provincia  
novi Regni Granaten. erigendo Provincia  
hujusmodi Alumni gradus prædictos ſuſcipere va-  
leant: Nos ejusdem Josephi votis in præmissis,  
quantum cum Domino poſſimus favorabiliter  
annuere volentes, eumque a quibusviſ excom-  
municationis, ſuſpentionis, & interdiſti, alioſ-  
que Ecclesiasticis ſententiis, censuris, & poenis,  
a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel can-  
fa latiſ, ſi quibus quomodo libet innodatus exi-

ſtit ad effectum præſentium dumtaxat confe-  
quendum harum ſerie absolventes, & absolutum  
fore cefent, supplicationibus ejus nomine nobis  
super hoc humiliter porrectis inclinati, de Vene-  
rabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium  
Concilii Tridentini Interpretum conſilio, & at-  
tentia relatione Venerabilis Fratris noſtri Palutii  
Epifcopi Prænētini, ejusdem S. R. E. Cardinalis  
de Alteris nuncupati dicti Ordinis apud nos, &  
Sedem Apoſtolicam Protecotoris ſuper præmissis  
ejusdem Cardinalibus facta, præfatis Alumnis  
Provincia novi Regni Granaten. hujusmodi, qui  
fratres expreſſe profeti dicti Ordinis fuerint, ut  
peractis in Collegio erigendo prædicto; ſen alibi  
ſtudiorum ſuorum curriculis, prævioque rigor-  
oſe examine Baccalaureatus, ac Magisterii, &  
Doctoratus in Philosophia, & Sacra Theologia  
gradus in eodem Collegio ab illius Rectori pro  
tempore exiſtente ſuſcipere ipſique Rectori eos-  
dem gradus dictis Alumnis ad formam prædi-  
ſtarum Sixti, & Pauli Prædecessorum literarum  
conferre libere, licite, & valide poſſint, & va-  
leant reſpective auſtoritate Apoſtolica teore  
præſentium concedimus, & indulgemus, ſalva  
tamen ſemper in præmissis auſtoritate Congre-  
gationis memoratorum Cardinalium.

Conceſſio  
prædicta ad  
inſtar illius  
Universitatibus  
Quiten. &  
Limana  
facta.

Clauſula:

§. 3. Decernentes ipſas præſentes literas ſem-  
per firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore  
fuſoſque plenarios, & integros effectus fortiri, &  
obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempo-  
re ſpectabit in omnibus, & per omnia plenime  
ſuffragari: Sicque in præmissis per quocumque  
Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cau-  
ſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, &  
definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus  
uper his a quoquā quavis auſtoritate ſcienter,  
vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obſtantibus Constitutionibus, &  
Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibusviſ etiam  
juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis  
firmitate alia robortatis ſtatutis, & confuetudini-  
bus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apo-  
ſtolicis in contrarium præmissorum quomodo libet  
conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus  
omnibus, & singulis, illorum tenores, præſen-  
tibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de  
verbo ad verbum infertiſt habentes, illis alias  
in ſuo robore permanſiſ, ad præmissorum  
effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & ex-  
preſſe derogamus, cæteriſque contrarii quibus-  
cumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præſen-  
tium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam  
impressis, manu alicuius Notarii publici ſubſcri-  
ptis, & ſigillo personæ in Ecclesiastica dignitate  
conſtituta munitis, eadem pro rorſus fides ubique  
locorum tam in Judicio, quam extra illud habe-  
tur, qua habetur ipſis præſentibus, ſi forent  
exhibitæ, vel oſtenſa.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Ma-  
jorem ſub Annulo Pifatoris die XXIV. Aprilis  
MDCXCIV. Pontif. Nostri Anno Tertio.

Erigitur Oppidum Alesien. Nemauen. Diœcesis  
in Civitatem, ejusque Ecclesia S. Joannis Bap-  
tistæ in Cathedram.

Similis erexit Oppidi de Penkim Mechaon. Diœcesis  
extat Conf. ed. 1690. Apr. 10. Pont. 1.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei  
memoriam.

XLV.

Dat. 16. Maii  
1694. An. 3.

A Nimirum zelus nullis terminis comprehen-  
ſus, universalisque Dominici Gregis cura  
Nobis licet immeritis ex alto commissa, necon-